1518. d. 12 Julii    Ex ms. Bibl: Zalusc:

54

## Sigismundus I. Rex Poloniæ Maximiliano Cæsari Catholico.

Serenissime et Excellentissime Princeps, Intelligentes Vestram Majestatem Conventum Generalem in Augusta pro Statu Sacri Romani Imperij, et totius Reipublicæ Christianæ habituram, mittimus isthuc ad Reverendum in Christo Patrem Dominum Erasmum Episcopum Plocensem, et Generosum Raphaelem de Leschno Castellanum Landensem, Boguslaum Marsalcum Magni Ducatus Nostri Lithuaniæ Consiliarios Nostros sincere nobis dilectos. Quibus commisimus nonnulla, neq vulgaria negotia tractare, et agere cum vestra Celsitudine, quam plurimum rogamus, ut et fidem plenam illis præbere, et eos benignè expedire dignetur. Vale: atquè felicissimè, et Nos, quod facit favore et benivolentia fraterna prosequatur, et commendatos habeat. Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo. 12 Julii 12